

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**L. Annaei Senecae Tragoediae**

**Seneca, Lucius Annaeus <Philosophus>**

**Amstelodami, 1662**

Actus tertius

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.  
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-770](#)

## ACTUS TERTIUS.

## N U T R I X. M E D E A.

In vindictam præceps fertur Medea, nutrice incassum eam  
dehortante.

Nutr. **A**lumna, celerem quo rapiſ teſtis pedem? 380  
Resiste, & iras comprime, ac retine impetū,  
Incerta qualis entheos cursus tulit,  
Cum jam recepto Mænas insanit deo,  
Pindi nivalis vertice, aut Nysæ jugis;  
Talis recursat huc & motu effero, 385  
Furoris ore signa lymphati gerens.  
Flammata facies spiritum ex alto citat.  
Proclamat: oculos uberi fletu rigat.  
Renidet. omnis ſpecimen affectus capit;

Hæret,

382. *Entheos]* Τὸν ἔρθεν αὐτὸν λιγνί<sup>α</sup>  
Poēcam, pro ſacro & furioſo. *Entheoi*  
ſunt qui impetu quodam divino ra-  
piuntur. In ſacris ut Bacchi, ut hic, &  
Oedipo, Vibrat<sup>ε</sup> rhythmos, entheo<sup>ς</sup> potius  
manu Lacerat. In factis Apollinis, in  
Agamemnoni, Effrena Phabū entheos  
laugus quatit. In ſacris Cybeles, Ma-  
rtialis, cum ſpirat ad Phrygiorum entheos iur-  
andoſ. Fabritius.

383. *Mænas]* Baccha, à πολύβολος.

Oed. 436. qualis vertice Pindi Odonis  
Ogygio decurrit plena Lyxo. Farnab.  
384. *Pindi]* Thesſaliam montis, in  
quo ſolita bacchari Mænades. Lycan.  
lib. ii. — nam qualis vertice Pindi  
Odonis Ogygio decurrit plena Lyxo, &c.  
Delius. Nysæ] Græci quidam Nysæ, alii Nissæ, alii Nysæ scribunt. Nyſe porro tam urbes, quam montes  
nominauntur à Stephanō & reliquis  
Geographis decem: hic agitur, vel de altero Parnassi vertice, vel de urbe in-  
dicâ, ad radices montis Meri, in eu-  
jus antro Dithyro Bacchus fuit educatus. Q. Curtius lib. 8. de rebus gestis.  
Alex. Sita est (India urbs Nissæ) sub

radicibus montis, quem Meron incola  
appellant. Inde Graci mentiendis trā-  
xere licentiam, Iovis feminine Liberum  
patrem effe celatum. quod ab Artiano.  
Delius.

385. *Lymphati]* Mente alienari  
propter viſam forte in fonte Nympha-  
m. Nympha itaque iratæ ſpiritu  
correpti, νυμφολινθίς. Sic Cerritos  
& Larvatos dicebant, qui Cereris aut  
Larvæ incarnatione animo vexarentur;  
niſi reditus Lymphatos dicamus, qui  
ab humeris cerebri exasperancia iſfa-  
niunt, νύμφον φάλας & cum humo-  
ribus Luna p̄ficit, Lunaticos. Farnab.

387. *Flammata]* Spiritus è corde  
excitus & per faciem diffusus, turbu-  
lentos ipsius motus arguit. Idem. Ex  
alto] Id est profundo pectore.

388. *Proclamat: oſſepri, oculis]* Flor. prorūſ, ut voluit Lipsius: Pro-  
clamat: oculos uberi fletu rigat. Fruſtra  
prædicat alterius vehementiam Del-  
ius. Iuvenalis Sat. 6. aut ſicca pellice  
plorat Veribius ſemper lacrimū. Gron.  
Oculus] E dolore. Farnabius.

389. *Renides.]* Vindictæ ſpem ſibi  
gratulata

Hæret, minatur, æstuat, queritur, gemit. 390  
 Quo pondus animi verget? ubi ponet minas?  
 Ubi se ille fluctus franget? exundat furor.  
 Non facile secum versat aut medium scelus,  
 Se vincit: iræ novimus veteres notas.  
 Magnum aliquid instat, efferum, immane, impium. 395  
 Vultum furoris cerno. Dii fallant metum!  
*Med.* Si quæris odio, misera, quem statuas modum,  
 Imitare amorem, regias egon' ut faces  
 Inulta patiar? segnis hic ibit dies,  
 Tanto petitus ambitu, tanto datus? 400  
 Dum terra cœlum media libratum feret,  
 Nitidusque certas mundus evolvet vices,  
 Numerusque arenis deerit, & solem dies,  
 Noctem sequentur astra; dum siccas polus

Versa-

gratulata rident. *Farn.* *Omnis*] Signa  
& argumenta omnium cogitationum.  
*Idem.*

390. *Hæret.*] Cogitabunda & dubia.  
*Idem.* *Minatu.*] Vultu truci,  
quassato capire. *Id.* *Æstuat.*] Irata. *Id.*

391. *Quo pondus istud verget?*] Flor.  
*Quo pondus animi verget?*] Gronov.

392. *Fluctus*] Iratum. *Farnabius.*

393. *Non facile secum versat aut me-  
dium*] Ne literam quidem hic mutat  
Etruscus. Euripides est: *Oὐκ ἴστι  
ἔπος ἐν πνε ἕρμηνος Δίονοια χό-  
λον καὶ οὐνοτεῖ.* Livius lib. 5. dele-

stum nihil accutriorem quam ad me-  
dia bella haberis solitus erat. Pro eo lu-

stius lib. 7. *bellum facile & mediocre.*  
Ovidius 9. met. *media de plebe Galan-*

*thus, & lib. 11. media quoque commoda  
plebi Nostra patent.* Hippolyto: *Me-*

*diumque fano vulgus affectus tenet.* Ab-

*ecant Lipsii, ludit scelus, & rude sce-*

*lus.* Gronovius. *Non facile*] Non levè  
meditatur & vulgare scelus. *Farnab.*

394. *Si vincit:*] *Emphasis*, priora

faciota. *Idem.*

395. *Dii fallant*] Dii faxint ut fal-

sum sit quod meuo. *Idem.*

397. *Si quæris*] *Medea* nutriti non  
attenderat, atque hec secum. *Idem.*

398. *Imitate*] Non sunt hæc refe-  
renda ad alium amorem, quam unius

*Medæ.* Itaque supervacua illi, qui  
vim amoris ad hunc locum mulcis fla-

biliunt. Dicit enim ita extremo odio  
habendum Iasonem, quemadmodum

immoderate amarit, quippe cuius gratia  
omnia divina & humana jam con-  
fuderat. *Gruterus.* *Regias*] *Tædas*, in  
Iasonem cum regis filia nupiis, accen-  
fas. vid. Thebaïd. 507. *Farnabius.*

400. *Petitus*] *Vix à Creonte im-  
peratus.* *Cup. v. 295.* *Idem.*

401. *Dum terra*] *Dum circumfuso  
pendebit in aere tellus,* *Ponderibus li-  
bratissimis.* *Idem.*

402. *Nitidusque*] *Cœlum stella-  
tum.* *Idem.* *Vices,*] *Anni tempesta-  
tes.* *Idem.*

403. *Deerit,*] *Nostra quidem igno-  
ratione, in se autem finita est & nu-  
mero circumscripta, cum ipse mun-  
dus neutra quantitate finitus.* *Id.*

404. *Siccas Artos,*] *Vixam ma-  
jorem & minorem, quæ, quia nunquam  
occidunt, siccæ dicuntur.*

405. *Eli-*

- Versabit Arctos; flumina in pontum cadent; 405  
 Nunquam inenis cessabit in pœnas furor,  
 Crescitque semper. quæ ferarum immanitas,  
 Quæ Scylla, quæ Charybdis, Ausonium mare  
 Siculumque forbens, quæque anhelantem premens  
 Titana, tantis Ætna fervescit minis? 410  
 Non rapidus amnis, non procellosum mare,  
 Pontusque Coro sœvus, aut vis ignium  
 Adjuta flatu, possit inhibere impetum  
 Iraque nostras. sternam & evertam omnia.  
 Timuit Creontem, ac bella Thesfalici ducis? 415  
 Amor timere neminem verus potest.  
 Sed cesserit coactus & dederit manus;  
 Adire certe, & conjugem extremo alloqui  
 Sermone potuit: hoc quoque extimuit ferox.  
 Laxare certe tempus immritis fugæ 420  
 Genero licebat. liberis unus dies  
 Datus duobus. non queror tempus breve:  
 Multum patebit. faciet, hic faciet dies;

## Quod

405. *Flumina in pontum*] Sic Virg. I. Aeneid. In freta dum fluvii current.  
 406. *Furor*,] In vindictam ira. *Farnabius*.  
 408. *Scylla*,] Sup. vers. 350. *Idem*. *Charybdis*, *Ionium mare Siculumque*] Optimus: *Ausonium mare Siculumque forbens*. Sane *Ausonium* mare centen erudit, quod inter fretum & Adriaticum five Superum mare interluit usque ad Salentinos, ut proprie loquendo melius conveniat quam *Ionium*: et si poëta his vocabulis laxius utatur. *Gronovius*. *Charybdis*,] Nihil aliud quam vorticoso mare flante præcipue Austro.

410. *Titana*,] Typhœum ut volunt plerique. secundum alios inter quos no ster, *Herc. Flor. v. 80. Enceladum*.

412. *Pontusque*] Euxinus, in quo procellas excitat Corus, Ventus ab occasu solstitiali flans adversus Aquilo-

nem. de quo Thyest. 576. *Farnabius*.  
 415. *Thesfalici ducis*?] *Acasti*. sup.  
 vers. 257. *Idem*.

416. *Amor timere, &c.*] *Audacia* amantium pleni sunt poëtarum libri. *Propert.* Solus amans novit, quando peritius, & à qua Morte; neque hic Boreæ flabra nec arma timet. *Deltius*.

417. *Sed cesserit convictus*] Cuius quæcunq[ue] criminis? quibus indicibus? quo teste? qui ne quidem accusatus est. Scribe cum optimo: *Sed cesserit co actus & dederit manus*. *Gronovius*. *Sed cesserit*] Sed fac cum cessisse, hac coactum. *Farnabius*.

419. *Hoc quoque*] Et me alloqui forte timuit, alias ferox. *Idem*.

421. *Genero*] Cum Creonti gener fit. *Idem*. *Liberis unus dies Datus duobus*.] *Flor. Datus est duobus. Gron. Liberis*] Quo liberis valedicam. *Farnabius*.

Quod nullus unquam taceat. invadam deos,  
Et cuncta quatiam. Nutr. Recipe turbatum malis, 425  
Hera, pectus. animum mitiga. Med. Sola est quies,  
Mecum ruina cuncta si video obruta.  
Mecum omnia abeant. trahere, cum pereas, libet.  
Nutr. Quam multa sint timenda, si peritas, vide.  
Nemo potentes aggredi tutus potest.

430

424. *Invadam deos,*] Imprecatio-  
nibus. Suprà vers. 271. & infra v. 672. | movebo. Idem.  
*Farnabius.*

425. *Et cuncta]* Omnia movebo,  
& flebile si nequeo superos, *Acheronta*

movebo. Idem.

427. *Mecum*] E' p'st *Toroni* &  
*zeita wiz'nta tu'z.* Idem,

430. *Potentes*] Late enim patens  
est ira; longæ manus regum. Idem.

## J A S O N . M E D E A .

*Iasonem gravatim Medeam deserentem sequit excusantem aggreditur  
Medea, opprobriis, precibus, simulata conciliatione.*

Ias. **O** dura fata semper, & sortem asperam,  
Cum sœvit & cum parcit, ex æquo malam!  
Remedia quoties invenit nobis deus  
Periculis pejora? si vellem fidem  
Præstare meritis conjugis, leto fuit 435  
Caput offerendum: si mori nolim, fide  
Misero carendum est. non timor vicit virum,  
Sed trepida pietas. quippe sequeretur necem

Pro-

431. *Sortem*] Conditionem Fortu-  
na mea.

432. *Ex aquo malam!*] Flor. mala.  
Certe in vulgatis oratio indecora hijat.  
Forte: & sortem asperam? Cum sœvit  
& cum parcit, exæquat mala. Gronov.

433. *Remedia toties*] Flor. per in-  
terrogationem & admirationem: Re-  
media quoties invenit nobis deus Pericu-  
lis pejora? Idem. *Remedia*] In expedi-  
tione Colchica ut effugrem tauro,  
draconem, serpentigenas, jurisjurandi  
reus duxi Medeam: hic, ne ab Acasto  
petitus, Creontis insidiis peream, vio-  
lata priore fide, ducenta est Creusa.  
*Farnabius.*

437. *Non timor vicit virum;* Flor.  
non timor vicit fidem. Sed ingrata est  
repetitio vocis. Forte vers. 434. fuit:  
si vellem vicem Præstare meritis conju-  
gis. Vt infia: redde supplici felix vicem.  
Gronovius. *Non timor*] Nec tamen  
mori refugio, animo parum virili de  
me sollicitus. *Farnabius.*

438. *Sed trepida*] Sed pietas in fi-  
lios me trepidum facit, ne & illi mean  
necem comittentur. Idem. *Sequeretur  
necem*] Flor. quippe sequeretur nei  
Proles parentum. An επανίζει, ut &  
in Oedipo: sequitur & Bacchis lacer  
Pentheus. Sic enim idem liber. An. se-  
queretur nece Proles parentem. Gron.

439. San-

Proles parentum. ô sancta, si cœlum incolis,  
Justitia, numen invoco ac testor tuum. 440  
Nati patrem vicere. quin ipsam quoque,  
Etsi ferox est corde, nec patiens iugi,  
Consulere natis malle, quam thalamis, reor.  
Constituit animus precibus iratam aggredi.  
Atque ecce, viso memet, exsiluit, furit. 445  
Fert odia præ se, totus in vultu est dolor.  
Med. Fugimus Iason, fugimus. hoc non est novum  
Mutare sedes, causa fugiendi nova est.  
Pro te solebam fugere. discedo, exeo,  
Penatibus profugere quam cogis tuis. 450  
Ad quos remittis? Phasin & Colchos petam,  
Patriumque regnum, quæque fraternus crux  
Perfudit arva? quas peti terras jubes?  
Quæ maria monstras? Pontici fauces freti?  
Per quas revexi nobiles regum manus, 455  
Adulterum secuta per Symphlegadas?

Par-

439. *Sancta*,] Astræa. Thyest. 855.  
*Farnabius*.441. *Nati patrem*] Amor natorum  
eget me vivere. *Idem. Ipsam*] Me-  
deam. *Emphas*. *Idem*.442. *Etsi ferox*] Ait Horatius, in  
epit. ad Pisones, de arte poetica: *Sic*  
*Medea ferox*.443. *Consulere*] Malle vitam na-  
tum servare, quam meis thalamis  
fui. *Farnabius*.445. *Totus in vultu est dolor*.] Vul-  
tu dolorem integrum, quantum quan-  
tus est, exprimit. nihil illa necesse est  
iram profiteatur, ex vultu manifeste  
deprehendas. *Dolorum* pro irâ etiam,  
Herc. Oet. actu 2. & Agamemn. actu  
2. posuit. *Delius*.447. *Fugimus*.] In exilium mittor,  
ô Iason, in exilium mittor. *Iron. Faru.*  
*Hoc non*] Fugi enim è Colchide patriis  
mei iram verita: natus è Thessalia,  
Acali Peliam patrem imperfectum ul-  
tari. Sed hæc propter te. *Idem*.451. *Phasin*] Supr. v. 44. &c 133. *Id.*  
453. *Quas peti terras jubes?*] Ci-  
tantur haec verba à Fabio libro 9. In-  
fit. Orat. cap. 2. Seneca nomine,*επωλητ*, quod de alio quam philoso-  
pho minime accipieendum. est autem  
haec interrogatio apta concitandæ in-  
vidiæ, ex iis, quæ responsione carent.  
multiplex enim interrogatio. nam vel  
in statim eâ; vel commiserationem aut  
invitiam mouemus; vel ridemus; vel  
scire aliquid cupimus, quod nescimus.  
*Delius*.455. *Nobiles regum manus*,] Scaliger  
nobilem regum manum. Ut Ovid. *Mota*  
*manus procerum est*. Cui tamen, nisi &  
in Fl sic invenissem, libertius repugna-  
sem. Fingebam enim in illo, *nobiles re-*  
*gum manus*, aliquid magis conveniens  
Argonautis. nam manuariam operam  
præstabant ipsi reges, remigum officio  
fungendo. *Manus* autem dici ministros  
notavimus ad Statii Silvas. *Gronov.*456. *Adulterum*] Te, tum rapto-  
rem;

Parvamne Iolcon, Thessala an Tempe petam?  
 Quascunque aperui tibi vias, clusi mihi.  
 Quo me remittis? exuli exilium imperas,  
 Nec das. eatur. regius jussit gener. 460  
 Nihil recuso. dira supplicia ingere;  
 Merui. crudelis pellicem pœnis premat  
 Regalis ira, vinculis oneret manus,  
 Clusamque saxo noctis æternæ obruat;  
 Minora meritis patiar. ingratum caput! 465  
 Revolvat animus igneos tauri halitus,  
 Interque sævos gentis indomitæ metus,  
 Armifero in arvo flammeum Ætæ pecus,  
 Hostisque subiti tela: cum jussu meo  
 Terrigena miles mutua cæde occidit. 470  
 Adice expedita spolia Phrixei arietis,

Somno-

rem; jam desertorem. *Farnabius.*  
*Symplegadas?*] Supra v. 342. *Idem.*

457. *Tempe*] Tempe dicta, quævis  
 situ amœna loca; quadam Beotia, quæ  
 Teumessia; quadam Sicilia, quæ  
 Eloria; quadam Thessalia, quæ sim-  
 pliciter. *Tempe* vocari consueverè à  
 scriptoribus: describuntur ab Æliano  
 lib. 3, var. hist. in princ. & Ovidio  
 lib. 1. *Metamorph. Delrius.*

458. *Quascunque*] Namque & pa-  
 triam & Thessaliam mihi infesta atque  
 inimica reddidi, tibi ut placarem. *Far-  
 nabius.*

460. *Regius*] Iason. *Scopdice Creon-*  
*tis* jam gener. *Idem.*

461. *Dira supplicia ingere;*] Quæ  
 bene de te merendo, perfide, merue-  
 rit. *Idem.*

462. *Pellicem*] Me velut filia sua  
 pellicem. *Idem.*

463. *Regalis*] Creontis. *Idem.*

464. *Saxo noctiū*] Specu tenebroso;  
 faxeo. Sifyphius ipse. infr. vers. 512.  
*Idem.*

465. *Meritis*] Malis meritis in pa-  
 trem, fratrem meum & Peliam: bonis  
 erga te. *Idem.*

466. *Revolvat*] Recordare, te, cum  
 non licet aureum vellus auferre, nisi  
 tauris ignivomis domitis jugo queque jun-  
 ctis campum sulcasse Martium &  
 dentes serpentis feminassis, è qua se-  
 mente, &c. *Idem.*

468. *Pecus*,] Tauros.

468. *Terrigena miles*] Armatorum  
 missis. *Farnabius.* Observavi Iasonem  
 feminatis dentes draconis, non illius  
 Colchici, sed ejus quem Cadmus prius  
 in Beotia occiderat. Nam Apollonius  
 & Pherecydes scribunt, Beotii illius  
 dentes & quis partibus à Minervâ divi-  
 fos Cadmo & Æta: hos Ætas Ia-  
 soni feminandos dedit. Hunc draco-  
 nem Pherecydes & Herodotus autu-  
 mant occisum ab Iasone; Antimachus  
 vero, Apollonius & Valerius dumta-  
 xat beneficis Medæ consopitum me-  
 morant. *Delrius.*

461. *Adice*] Lege adice, more  
 Manili, Martialis, aliorum, primâ  
 correpta. Vide Lud. Cartionem com-  
 ment. in leæ, antiqu. cuiusmodi multa  
 nostra exempla passim suggerit. *Idem.*  
*Phrixei arietis*] Quem Marti Phry-  
 xus sacravit.

472. *Somnæ*

Somnoque iussum lumina ignoto dare  
460 Insomne monstrum : traditum fratrem neci;  
Et scelere in uno non semel factum scelus;  
Jussaque natas fraude deceptas mea,  
Secare membra non revicturi senis.  
Aliena quærens regna , deserui mea.  
Per spes tuorum liberum , & certum larem,  
Per victa monstra , per manus , pro te quibus  
465 Nunquam peperci , perque præteritos metus;  
Per cœlum , & undas , conjugii testes mei,  
Miserere: redde supplici felix vicem,  
Ex opibus illis , quas procul raptas Scythæ  
Usque à perustis Indiæ populis petunt,  
Quas quia referta vix domus gazas capit,  
Ornamus auro nemora , nil exul tuli,

472. *Somnoque*] Draconem pellis  
ante custodem sefiliis: te, inquit,  
Prometheo , confessione venenata ,  
infra 707. à me donatum taurorum  
famnis restitisse , lapidem à me acce-  
pum in medios terrigenas jecisse ,  
quo factò seges illa armata mutu-  
vulnibus cecidit ; succo denique Le-  
tho tibi à me dato vigilam draconem  
fopivit . *Farnabius*.

473. *Traditum*] Suprà verf. 44:  
& 33. *Idem*.

475. *Natas*] Pelia filias. Suprà  
verf. 256. *Idem*.

477. *Aliena sequens regna*] Locus  
veraxus. Editio fecerunt , *Alienaque*

*sequens*. Quod probat Scaliger ita ut  
subaudatur *ri quod*. Sed nec sermo La-

tinus hoc patitur in tali oratione , &  
particula que omnibus antiquis codici

bus ignoratur. Lipsius , *sequeris* , cum  
interrogatione , refutatum amico ejus

& Guterio. Ipsi , alter conjicit , *Ali-*

*nastans* , alter *sequens* aliena. Hic

item Florentinus meliorem se alii  
tolidunt. Habet enim sine ulla ambi-

guitate: *Aliena quærens regna deserui*

*mea*. Pacuvius aut Ennius dixissent

forte *τειρωνθαλεώς σέριενς* ; nun-  
quam Seneca. De ordine nihil video  
commodiū sententia Deliti transpo-  
nentis versum post v. 487. *Gronovius*.

481. *Percalum*] Cœli sidera. No-  
cturnus autem Medex contractus ob-  
jectus supra in Epithalamio , v. 214.  
*Farnabius*, *Vndas*,] Celebratas Iasonis  
& Medæ nuptias alii in mari scribunt;  
in Peuce insulæ alii in Corcyra. *Id.*

484. *A perustis*] Thyest. 600. &  
Oed. 122. Indo-Scythas loquitur. *Id.*  
*Indiæ*] De Indo-Scythis agit , quos  
Gedrosiæ & Arachosiæ Ptolomæus  
opponit. *Delrius*.

485. *Referta quasque vix domus*] I  
Vidit Scaliger hæc male coherere cum  
superioribus. Itaque profutus de illius  
sententia Etruscus: *Quas quia referta*.  
*Gronovius*. *Referta quasque*] Proptec  
vellus aureum in luco Martis querui  
appensum. *Farnabius*.

486. *Ornamus auro nemora*,] Plinius  
de Soanis gente Colchica scribit , eo-  
rum regi fuisse aureas camaras , trabes ,  
columnas , & paraltatas argenteas.  
Turdetanis Strabo præsepiæ argentea  
tribuit. *Delrius*.

Nisi fratris artus. hos quoque impendi tibi.  
Tibi patria cessit, tibi pater, frater, pudor.  
Hac dote nupsi. redde fugienti sua.

Ias. Perimere cum te vellet infestus Creo,  
Lacrimis meis evictus, exilium dedit.

Med. Poenam putabam; munus, ut video, est fuga.  
Ias. Dum licet abire, profuge, teque hinc eripe.

Gravis ira regum est semper. Med. Hoc suades mihi,  
Præstas Creuſæ. pellicem invisam amoves.

Ias. Medea amores obicit? Med. & cædem, & dolos.

Ias. Objicere crimen quod potes tandem mihi?

Med. Quodcunque feci. Ias. Restat hoc unum insuper,  
Tuis ut etiam sceleribus siam nocens.

Med. Tua illa, tua sunt illa. cui prodest scelus,  
Is fecit. omnes conjugem infamem arguant;  
Sonus tuere, solus infontem voca.

Tibi innocens sit, quisquis est pro te nocens.

Ias. Ingrata vita est, cuius acceptæ pudet.

Med. Retinenda non est, cuius acceptæ pudet.

489. *Hac dote nupsi.*] Horum impendi & damni dote, quæ omnia tu mihi restituie, quoniam tua culpa interveniit divortium. *Anachronismus, legem Roman. respiciens.* Farnabius.

490. *Perimere.*] Supra v. 184. *Idem.*

491. *Præstas Creuſæ.*] Pulchre sane consulis superinductæ novæ nuptæ, me tanquam pellice amioia. *Idem.*

492. *Medea.*] Objicisse mihi novos Creuſæ amores. *Idem.*

493. *Restat.*] Quasi dicas hæc meis consiliis facta; culpamque in me rejetas. *Idem.*

500. *Cui prodest?*] Supr. v. 276. Cicerô pro Roscio Amerino: *L. Caſius,* ille quem Populus Romanus veriſimum sapientissimum judicem putabat, identidem in causis querere solebat, cui bono fuisset. Sic vita hominum est, ut ad maleſicium nemo conetur ſine ſpe atque emolumento accedere. Nullus

dubito, quin Seneca huic refixerit. Raderus.

501. *Omnes conjugem.*] Ut culpes alii, tibi me laudare necesse est, Pro qua ſam toties effe coacta nocens. Farnabius.

504. *Ingrata vita est.*] Quod ait tam effreni vitam accepserim, idque veneficiis malisque artibus obnoxia, pudet me pigerque. *Idem.* Curtius lib. 6. Quidam beneficia odimus, merruisse mortem confiteri pudet. Superbū, ut malit videri injuriam accepisse quam vitam. Raderus. Cæſar 3. de bello Egipti: Eum ingressum in seruorum Pompeius interpellavit, & loqui plena prohibuit. Quid mihi, inquit, aut ſatis aut civitate opus est, quam beneficia Cæſari habere videbor? Vide quæ ad Seneca consolationem ad Marciam cap. 20. notavimus. Gronovius.

505. *Retinenda non est,*] Effigie

*Ias.* Quin potius irâ concitum pectus doma.

Placare natis. *Med.* Abdico, ejuro, abnuo.

Meis Creusa liberis fratres dabit?

*Ias.* Regina gnatis exulum, afflictis potens.

*Med.* Non veniat unquam tam malus miseris dies, 510

Qui prole foeda misceat prolem inclitam;

Phœbi nepotes Sisyphi nepotibus.

*Ias.* Quid, misera, meque teque in exitium trahis?

Abscede quæso. *Med.* Supplicem audivit Creo.

*Ias.* Quid facere possim, eloquere. *Med.* pro me? vel scelus.

515

*Ias.* Hinc rex, & illinc. *Med.* Est & his major metus,

Medea. nos configere certemus; sine,

Sit pretium Iason. *Ias.* Cedo defessus malis.

Et

in tua manu, simul te vita ac pudore  
enfolvere. *Farnabius.*

509. *Natus.*] Propter natos, amoris  
ignora & spes. *Idem.*

509. *Regina gnatus.*] Imo decori erit  
afflictis & matris exulis filiis habere  
hugis & spes auctoritatem regis.

*Idem.*

512. *Phœbi nepotes.*] Filios meos,  
qua Phœbi neptis sim. *Id.* *Sisyphi.*]  
Cresebas, cui pater Creon, filius  
*Sisyphi.* *Idem.*

514. *Creo.*] Etiam mihi infensus.  
Supra vers. 295. *Idem.*

515. *Pro me? vel scelus.*] Namque  
te mihi obstrinxii sceleribus. *Idem.*

Quarix Iason, quid in gratiam Medeæ  
fieri a se posse. Responde illa, Omnia,

imo & scelus. Sceleribus enim  
obsticulus erat Iason. In sequentibus

ostendit, se magis quam utrumque re-  
gen esse menundam. Nihil magis pla-

num. *Heinsius.* Cicero pro Cælio de  
Catilina: servire temporibus suorum

omnium pecunia, gratia, labore corporis,  
sceleretiam, si opus esset, & audacia.

Quatenus autem pro utilitaribus ami-  
corum delinquendum sit, vide Gel-  
lium lib. I. cap. 3. *Gronovius.*

516. *Hinc rex & illinc.*] Creon &  
Acastus. *Farnabius.* *Est & heic major*  
*metus, Medea.*] Sic Gruterus ex ali-  
quo suis. Delfiani codd. *Hinc.* Pa-  
rum interest: sed tamen Flor. *Est &*  
*his.* *Gronov.* *Est & his major.* Viro-  
que tamen major ego, quam vel propter  
merita vereatis, vel propter magi-  
cas artes meatas. *Farnabius.*

517. *Nos configere certemus; sine.*]  
Locus omnium iudicio interpolatus:  
*Aldus, nos configere.* Liphius, *neu con-*  
*flige.* A quo diversum ut diceret ami-  
cusi ejus postea se fulcire ait: *non con-*  
*flige.* Scaliger, *nos configere.* Gruterus,  
*nusquam effugere, certemus.* Grotius,  
*nos confide;* *certamen sine.* Deficit hic  
nos optimus liber, nihil à vulgatis di-  
versus. Conjuriebam aliquando & ipse:  
*nos conferre certamen sine.* Lucretius  
lib. 4. *At contra conferre manu certa-*  
*minas pugna.* Ante fuit multo, quam lu-  
cida tela volarent. Nisi malis, *confidere.*  
*Gronovius.*

518. *Sit pretium Iason.*] Alinius  
Pollio, cum se post Brundisianam pa-  
cem continuaret in Italia, neque aut  
videlicet unquam reginam, aut post  
enervatum amore ejus Antonii ani-

Hh 2. mun

Et ipsa casus saepe jam expertos time.

*Med.* Fortuna semper omnis intra me stetit.

*Ias.* Acastus instat, propior est hostis Creo.

*Med.* Utrumque profuge. nolo ut in sacerorum manus

Armes, nec ut te cæde cognata inquines,

Medea cogit. innocens mecum fuge.

*Ias.* Et quis resistet, gemina si bella ingruant?

Creo atque Acastus arma si jungant sua?

*Med.* His adice Colchos, adjice Ætem ducem.

Scythes Pelasgis junge. demersos dabo.

*Ias.* Alta extimesco sceptra. *Med.* Ne cupias, vide.

*Ias.* Suspecta ne sint, longa colloquia amputa.

*Med.* Nunc summe toto Juppiter cœlo tona.

Intende dextram. vindices flamas para,

Omnemque ruptis nubibus mundum quate:

Nec

num partibus ejus se miscuisset, ro-  
gante Cæsare, ut secum proficisci reetur  
ad bellum Asiaticum, *Mea*, inquit, in  
*Antonium majora merita sunt; illius in*  
*me beneficia noriora: itaque discrimini*  
*vestro me subtraham, & ero præda vi-*  
*cotoris.* Gronovius.

520. *Fortuna semper omnis intra me*  
*stetit.*] Ipsi apud Ovidium: *Maxi-*  
*mus intra me deus est.* Sed hic deus Cu-  
pido. Seneca autem videtur, ut Floro,  
*intra esse*, idem quod minorem efficit.  
Fortuna inquam patuit, quantum  
ego ipsa: semper me minor fuit: & ego  
illam, non illa me, in potestate habui.  
Propertius in contrarium, alio tamen  
senfu: *Intra fortunam qui cupis esse*  
*tuam.* Qui te minorem facis tua fortuna:  
cumque ea tibi præturas, con-  
fusat, triumphos, ingerat, ea repel-  
lis, & in equestri ordine manes. Nec  
fere alter Ovidius: & *intra Fortunam*  
debet quisque maneret suam, hoc est, non  
vel excedere fortem suam, secum ha-  
bitare & contrahere se, certe non ex-  
tendere, ultra quam status & condi-  
cio fert. *Tacm.* *Fortuna.*] Meam ego

semper fabricavi fortunam, fortunam  
victrix fuit semper mea sapientia. *Fa-*  
*nabius.*

522. *Sacerorum manus.*] Creona. *Id.*

523. *Cognata.*] Patruelis tui, Aca-  
sti; cuius pater Pelias Asonis frater.  
*Idem.*

527. *Hu adieci.*] Sic apud Valerium  
Flaccum ultimo libro inchoati operis  
inquit Medea: *An fratris te bella mer-*  
*patriaque tristezes Terrificant, magno-*  
*que impar urges ab hosti? Fingerat*  
*alias, & adhuc majora coire Agmina*  
*& quæ sequuntur. Colchos.*] Quibus  
imperat pater meus, id est, veniant ad-  
versus nos cum Gracis Colchici, are  
tamen mea evincam. *Farnabius.*

529. *Alta.*] Attamen regum po-  
tentiam metuo. *Idem.* *Ne eupos.*] Vi-  
de potius ne perfide me repudies, ut  
regnum obtinebas dorale cum Creusa.  
*Idem.*

533. *Ruptis.*] Tonitru, quod effici-  
tur ab exhalatione secca & calida nube  
inclusa, quam per antiperistalim accen-  
sa illa exhalatio vehementer concutit  
disruptaque. *Idem.*

534. *Nm*

Nec diligenti tela librentur manu.

Vel me, vel istum : quisquis è nobis cadet, 535

Nocens peribit. non potest in nos tuum

Errare fulmen. Ias. Sana meditari incipe,

Et placida fare. si quid ex soceri domo

Potest fugam levare, solamen pete.

Med. Contemnere animus regias, ut scis, opes 545

Potest, soletque : liberos tantum fugæ

Habere comites liceat, in quorum sinu

Lacrimas profundam. te novi gnati manent.

Ias. Parere precibus cupere me fateor tuis;

Pietas vetat. namque istud ut possim pati, 545

Non ipse memet cogat & rex, & socer.

Hec causa vita est. hoc perusti pectoris

Curis levamen. spiritu citius queam

Carere, membris, luce. Med. Sic gnatos amat?

Bene est. tenetur. vulneri patuit locus.

550

Suprema certe liceat abeuntem loqui

Mandata. liceat ultimum amplexum dare.

Gratum est & illud. Voce iam extrema peto,

Ne

534. Nec diligenti ] Nec refert  
utrum è nobis ferias, uterque nocens  
est. Farnabius.

535. In me, vel istum : ] Videntur  
magis conveniente turbulentæ ira muta-  
ta, nec tamén incommoda oratio,  
quam habet Fl. Vel me, vel istum. Sci-  
lice, feri. Vox Domitiani, quam  
muta fulgura fieren: Feriat jam quem  
volit. Gronovius.

543. Novi gnati ] E nova conjugie,  
Farnabius.

545. Istud haud possim pati, Non si  
ipse flor. namque istud ut possim pati,  
Non ipse memet cogat. Fortassis etiam:  
Non ipsimet me. Nisi accipias per dia-  
refin: Non ipse me met: ut, quo nos  
tanque. Gronovius.

546. Et rex, ] Creon. Idem.

547. Hec causa ] Ut sup, vers. 438.  
Idem.

Perusti] Hinc cure. Etymon ingerunt,  
quasi quæ cor urat. quod alii à οὐρανῷ κενῶ, id est, animo anxie ver-  
to. Idem.

549. Sic gnatos] Haec secum, itane?  
siccine gnatos amat? habeo quo cum  
uram, quo ulciscar. Idem.

550. Tenetur] Metaph. à venato-  
ribus. Idem. Vulneri] Metaph. à gla-  
diatoriibus simptæ, qui detegunt ali-  
quod membrum adversarii icu. Id.

551. Suprema] Hac ad Iasonem  
converfa. Idem. Voce] Simulat se ad  
placidiorem redire mentem, quo me-  
lier sit fraudi locus: Sic apud Euripi-  
dem: — εἰτέρας οὐ τοι εἰρηδρῶν  
συγνόμογροί εἴραν.

553. Gratum est & illud. ] Er hic  
fere consentit de mendo. Lipsius,  
Ratum est. Delius mutatis personis:  
Ias. Gratum est. MED. Et illud.

Hh 3

Graue-

Ne si qua noster dubius effudit dolor,  
Maneant in animo verba; melioris tibi  
Memoria nostri subeat. hæc iræ data  
Oblitterentur. Ias. Omnia ex animo expuli.  
Pecorque, & ipsa fervidam ut mentem regas,  
Placideque tractes. miseras lenit quies.  
Med. Discessit. itan' est? vadis oblitus mei,  
Et tot meorum facinorum? excidimus tibi?  
Nunquam excidemus. hoc age, omnes advoca  
Vires & artes. fructus est scelerum tibi,  
Nullum scelus putare. vix fraudi est locus.

Time-

Gruterus distinctione tentat ex pedire:  
*Gratum est?* & illud. Sane distinctione  
tantum est non ista, & interpretatione  
opus est. Deditus utramque  
ad illud Statii in Glaucia Melioius:  
*Gratum est. Fata, tamen. Gronovius.*

554. *Nest quia noster?* Quemadmodum  
Medea, ut possit liberos necare,  
se ad meliorem mentem rediisse simulat;  
sic plane Sophocles Ajax à priore  
sentientia recepsisse se fugit, Tecmellæ  
à se removenda cauta, ne se interficeret  
volenti impedimento forer. illaque  
Sophoclis fictio sic Virgilio placuit, ut  
in divinum opus lib. 4. eam transflueret;  
ibi namque Dido certa jam mori-  
& deliberata morte fortior, con-  
filium vulnus legit, & spem fronte serenat.  
Delius.

555. *Sed melior tibi Memoria?* Mul-  
to deliciatus Flor. Maneant in animo  
verba. melioris tibi Memoria nostri  
subeat. Ovidius in Epistola Canaces:  
Nubite felices Parca meliore sorores;  
Amisso memore sed tamen esse mei. Si  
certe occurrit nobis in Mil' ubi vulgus  
Admisi. Nam de docti Fr. Sancti le-  
ge, Genitivos, *mei, tui, sui, nostri, vestri,*  
non admittere adjectiva, alias videbi-  
mus. Græcis quidem nihil frequentius  
& hos imitatum Senecam sufficit. Vir-  
gilii lib. 12. & tu Saturnia Iuno Iam  
melior. Gronovius.

556. *Ira?* Quæ mihi irata excide-

tint. *Farnabius.*

559. *Miserias lenit quies.*] Leniores  
videntur miseræ, si leviter illas quis-  
ferat, nec querendo exasperet: aug-  
eunt in rancori & impatientia. Horati-  
us: *le vius fit patientia. Quicquid cor-  
rigere est nefas.* Delius.

562. *Nunquam excidemus.*] Id agam,  
ut semper memineris mei. sup. v. 433,  
*Farnabius.* Hoc age, ] Loquelatur ver-  
bum: que sacrificantes & sacrificio  
adstantes monebantur, ut, curis alii  
exclusi, huic uni rei animo attenden-  
tent. formulæ mentio fit apud Sene-  
cam lib. 1. de clementia; usum &  
significationem Plutarchus tradidit in  
Numa, & in Crotolano. videndum adagio,  
hoc age, & Brisson. libro 1. de  
formul. noster actu 5. —— *hoc age &*  
*faxoscient.* Item: *Nunc hoc age anima  
non occulte, &c.* Delius.

564. *Nullum scelus putare.*] Vide  
quæ scripimus ad librum de tranquill. an. cap. 10. *Gronovius.* Vix fraudi est  
locus. *Timemur.*] Difficile est eum  
fallere, qui falli timeret: è contra, facile  
est illum circumvenire, qui se decipi  
non posse confidit. plane confidencia  
infideli exposita: metuentem non nisi  
aperto Marte opprimere queas. ideo  
in Thyestæ dictum: —— *sed quibus*  
*captus dolis. Nostros dabit perductus in*  
*laqueos pedem?* Inimica credit cuncta,  
Delius.

565. *Quie-*

Timemur. hac aggredere, qua nemo potest  
Quicquam timere. perge. nunc aude, incipe  
Quidquid potes, Medea, quidquid non potes.  
Tu fida nutrix, socia mceroris mei,  
Variique casus, misera consilia adjuva.  
Est palla nobis, munus ætheria domus,  
Deculque regni, pignus Ætæ datum  
A Sole generis. est & auro textili  
Monile fulgens; quodque gemmarum nitor  
Distinguit aurum, quo solent cingi comæ.  
Hæc nostra nati dona nubenti ferant,  
Sed ante diris illita ac tincta artibus.  
Vocetur Hecate. sacra luctifica appara.

566. *Quicquam*] Nonnulli; *Fraudem* Deltrius.

567. *Quidquid*] Proni enim studi certius indicium est supra vires niti, quam viribus ex facilis uti, &c. Cie. non solum debo quo possum: sed ea quo que que non possum. *Farnabius*.

570. *Manus*] O' τοθ ήλιος Ηλίας Ηλίας μετρός δέωντας επιγνώσαν οἱ. Pignus scilicet quo testetur, se illum genuisse. *Idem*.

572. *A Sole. Gemmis est, & auro*] Et sim hanc mentione gemmarum satis intelligimus hoc monile pretiosum suis. Flor. *A Sole generis. Est & auro*. Ovidius de Ægeo & Theseo: Cum patet in capulo gladii cognovit eburne *Sig-  
na sui generis*. Idem de Phæchonte: *Pignora da genitor, per quæ tua vera  
propago Cedras*. Gronovius. *[Textili]* Interxto. *Farnabius*.

573. *Quodque gemmarum nitor*] Triæ hic aguofuncæ dona Deltrius & Raderus, pallam, monile, aurum crinale. Euripides duæ tantum agnoscit: versu 786. Δεπλού τε πέπλον ηγε ταλό-  
ηγε νευρή λαζαρί & rufum vers. 949.  
Δεπλού τε πέπλον ηγε σφράζεται  
λαζαρί. & mox vers. 960. Δοκειν πεπλού  
δημη βασιλειον πέπλων;

*Δοκειν* ḥρευσθε. denique vers. 1160.

Δασσόνται πεπλοί ποικίλαις ημετί-  
χεο, ξενούσαι πεπλού σέθινον, απ-  
ό βοσρίχεος Δασσόνται καταπέρω  
χρυσούς έτεται ηρίων. Apollodorus  
folius pepli, Higynus folius coronæ  
aureæ meminit. Et sane monile il-  
lud non erat aliud quam corona au-  
reæ gemmis distincta. Itaque secutus  
Euripidem Seneca scriperat: *Est &  
auro textili Monile fulgens, quique gem-  
marum nitor Distinguunt aurum, que  
solent cingi come. Monile fulgens, in-  
quit, auro textili & nitentibus gem-  
mis aurum distinguentibus*. Virgilius  
lib. 10. *Qualis gemma micat, fulvum  
qua dividit aurum. Aut collo decus aut  
capiti. Nitor gemmatum propriæ. Phæ-  
drus fab. 57. Nitor smaragdi collo pre-  
fulget tuo. Macenas: nec smaragdos,*  
*Beryllos mihi, Flacce, nec nitentes. Ma-  
cilius lib. 5. lapidumque nitori Vix us-  
quam est locuples, oneratur terra pro-  
fundio. Gronovius.*

574. *Aurum,]* Aureum crinale gem-  
mis distinctum. *Farnabius*.

575. *Nubenti*] *Cretixa*.

576. *Dirisillita*] *Veneficiis*.

577. *Hecate.*] Vid. Hippol. v. 411.  
*Farnabius. Sacra]* Magica. *Idem.*

Statuantur aræ. flamma jam tectis sonet.

578. *Struantur aræ.]* Flor. Statuantur. Iustinus lib. II. duodecim aras deorum in belli vota statuit. lib. 12. urbem Barcen condidit, arasque statuit. Ovidius lib. 7. statuitque aras e cæpitate bi-

nas. Frontinus Strateg. lib. 9. aram in castris statuit. Sed & præcedenti verbu: sacra loetifica appara. Quasi voluerit, letifica, pro mortiferis. Gennovius.

## CHORUS.

Canit Chorus Reiectæ uxori quo amore dolores Polluto, notumque furens quid femina posse, & cum ceteri Argonautæ poenas derident violati maris, Iasoni bene precatur.

**N**ulla vis flammæ, tumidique venti,  
Tanta, nec teli metuenda torti:  
Quanta, cum conjux viduata tedis

580

Ardet

579. *Nulla viu flamma,]* Chorus elegantissimus. Græci Tragici, autores habebant suos, è quibus dramata sua constituebant. Qualis erat ὁ επικός ζώνλος. Qualia τὰ κυπεῖα, ut ab Aristotele vocantur, aut κυρελαι, ut ab aliis. Qua nonnulli, teste Proculo, Salaminio Hegefir; alii Stefano ascripsere. Talis erat ὁ εργός νέος ποίησες. Qui qua singulis in rediū Argonautis evenissent, diligenter colligerat. Sophocles plutimum τῷ επικῷ ζώνλῳ tribuere solebat, sicut Græci Critici nos docent. Ideoque in multis ab Euripide & aliis abibat. Qualidam quoque περιγγήθεια penitus virata. Quæ de nuptiis Iasonis cum filia Creonis, tradidit Euripides, unde constitutum est hoc drama, multi veterum non admittabant. qui heroëm illum ad extremam usque feneçtatem cum Medea statem egisse, tandemque ejus opera repubuisse, volebant. Simonides & Pherecydes antiquissimi scriptores, & ὁ επικός ζώνλος, ita hoc tradebant. Quate omnia è quibus drama suum Euripides conflavit, penitus tollebant. Ideoque nusquam περιγγήθεια istam apud Sophoclem invenitis. Multo minus Aeschylum;

tanto antiquorem. Ab iis abibat ὁ τὸς νέος ποίησες. quem cum Apollodorus cum aliis laudant, qui hoc Esoni evenisse volebat. Cetera autem sine dubio admittebat. Nam in hanc sententiam ab antiquis citatur. Hunc secutus est Euripides. Euripides, Ovidius, Seneca: & qui ante Euripidis drama converterant. Seneca toum hunc chorum ex autore isto conficit. Qui tum temporis adhuc sine dubio extabat (neque enim admodum antiqui sunt, qui ex eo versus addicunt.) Quid enim aliud hic doceat, quam quid singulis evenerit, qui primi illud iter fulcepissent? Eo facilius ab alio inferi poterunt, qua ptermissa videbantur. Qua de reponeta agemus. *Hæsius.*

581. *Quanta, cum conjux]* Aduterium virorum mulieres maxime exasperat. Euripides, Medea: — γάρ τὸς πάτερες μὴ φέντε τάχει, γάρ τοι εἰς αἴσιον, καὶ σύδε γε εἰσέρασταν εἰς εἰς δύσιν πολυπλοκὴν, γένεται ἀλλὰ φέντε μαρτυρεῖσθαι. Ideo noster Hercule Octao: — Ο γαν ερευνατικας σιμιλατελος, Καρ πατιτη υπαλληλιας νυπειας! Scylia & Charybdis Sicula coniugantes fratre

Menyn

Ardet & odit.

Non ubi hibernos nebulosus imbræ  
Auster advexit; properatque torrens  
Ister, & junctos vetat esse pontes,

Ac vagus errat.

Non ubi impellit Rhodanus profundum;  
Aut ubi in rivos nivibus solutis  
Sole jam fortis, medioque vere

Tabuit Æmus.

Cæcus est ignis stimulatus ira,  
Nec regi curat, patiturve frenos.  
Haud timet mortem. cupit ire in ipsos

Obvius enses.

Parcite, ô divi. veniam precamur,  
Vivat ut tutus, mare qui subegit.  
Sed furit vinci dominus profundi

Regna secunda,

Ausus æternos agitare currus

585

590

595

Im-

*Minus est timenda, nulla non melior fera.*  
est. Delr. *Viduataj Deserta, repudiata.*  
*Farnabius.*

582. Ardet] Amore. Idem. Odit.] Ob repudium. Idem.

583. Non ubi hibernos nebulosus imbræ.] Phavorinus apud Gellium lib. 2. cap. 22. Auster, inquit, Graecæ vix nominatur; quia est nebulosus aqueum humectus. Horat. *Albus ut obscuro detegit nubila caelo. Sape. Notus, neque parturit imbræ Perpetuos: sic tu, &c.* C. Delius.

584. Ister,] Danubius, Germania fl. Farnabius. Junctos] Compagines poncum rumpit pontem indignans. Idem.

585. Vagus errat. Exundat ripas. Idem.

587. Rhodanus] Gallæ fl. Idem. Notus amnis Lugdunensis Galliae, quem accuratissime describit Ammianus Marcellinus libro 15. ubi Aratim, jam, navibusque pervia fieri. Idem. 589. Currus] Solis currus. Idem.

Sauconiam dicit vocari, melius fortassis legeretur, Saonnam. De ostiis ejus non contentiuntur; Polybius & Ptolomæus, duo faciunt; Artemidorus & Plinius, tria; Diodorus & Timæus, quinque: prudenter Livius scribit pluribus in mare ostiis divisum incurrire. Vide Strabonem lib. 4. Delrius. Profundum; ] Marc Massilioticum, dum inter se maris Hulus & rapidissimi amnis fluens decertat. Farnabius.

590. Tabuit] Liquefacta, dissoluta est nix e monte Thracio. Idem.

591. Ignis] Amor. Idem.

596. Mare qui subegit] Iason, quem primum cum Argonautis navigasse concinunt poëtae. vid. sup. ver. 318. Idem.

597. Sed furit] Sed inique fert Neptunus maria quæ sibi obtigerant secunda sorte (Herc. Fur. v. 598.) vinci jam, navibusque pervia fieri. Idem.

Immemor metæ juvenis paternæ,  
Quos polo sparsit, furiosus ignes  
Ipse recepit.

Constituit nulli via nota magno.

Vade, qua tutum populo priori:

Rumpe nec sacro, violente, sancta

600

Fœdera mundi.

Quisquis audacis tetigit carinæ

Nobiles remos, nemorisque sacri

Pelion densa spoliavit umbra:

Quisquis intravit scopulos vagantes,

610

Et tot emensus pelagi labores,

Barbara funem religavit ora,

Raptor externi redditurus auri;

605

Exitu

600. *Iuvenis*] Phæthon. *Farnabius*.  
Phæthon, Apollinis & Clymenes, ut  
volunt Ovid. & Lucianus; vel Apollini-  
& Protes, ut Tzetzes; vel Cephali-  
& Aurora, ut Hesiодus & Pausanias,  
filius: cuius mors Apollonii 4. Argo-  
naut. Tzetza Chilida. 4. histor. 137.  
Ovidii 2. Metam. notior est, quam ut  
debeat inculcari, ea docet adolescen-  
tes quomodo temp. capessere debeat.  
*Delius*. *Paterna*.] Phœbo observata  
filioque præscripta. *Farnabius*.

601. *Quos polo*] Quod igneos Phœ-  
bi currus expatiari passus eit, fulmina-  
tus est igne Iovis, qui *saxis compesuit*  
*ignibus ignes*. Idem.

603. *Constituit nulli*] Nemini nocti-  
per viam notam ivisse. *Idem*.

605. *Nec sancti, violente, mundi Fœ-  
dera sancta*.] Sic fecit Gruterus ex ali-  
quot suis, cum legeretur: *Fœdera sa-  
cta*: quod ejeci, inquit, quia paulo  
post repetitur, & videbatur aliquid  
subesse venustatis in repetitu *santi*  
*mundi* & *federum sanctorum*. Sed  
multo major venustas in Florentino:  
*Rumpe nec sacro, violente, sancta Fœ-  
dera mundi*. Per diæresin pudenter au-  
dacem. *Gronovius*.

606. *Fœdera*] Sup. vers. 335. *Fœ-  
nabius*.

607. *Carina*] Argus temeraria. *Id.*

608. *Nobiles remos*, *nemorisque sa-  
cri*] Sic & Flor. non *ramos*, non *sa-  
crati*. Sed *cur nobiles?* an quia ex luco  
dedicato? an quia ab *regibus* & *semi-  
deis* duiti? An simplicius: *Mobiles  
remos*. *Gronovius*.

609. *Pelion*] Montem Thessalizæ, è  
quo excisa materia ad fabricandam  
Argo. *Farnabius*.

610. *Scopulos*] Cyaneos sup. v. 341,  
& Herc. Fur. 110. *Idem*.

612. *Barbara*] Rediturus funem  
solvit, vel anchoram barbara Colchi-  
dos ora, inquit, interpres. *Quis illum  
docuit religare* est sôlvere? Immo  
quisquis ad barbaricum litus applicuit.  
Virgilius 7. Aen. Cum Laomedonia pu-  
bes Gramineo ripa religarit ab aggre  
classem. Ovid. 13. met. Littore Thre-  
cio classem religarat Atrides. Dum mare  
pacatum, dum ventus mitior esset. No-  
ster Agamemnon de Delo. Respiuit au-  
ras religatque rates *Affuet aequi*. *Gro-  
novius*.

614. *Auri*] Velleris aurei. *Fœ-  
nabius*.

614. Exitu

600  
Exitu diro temerata ponti

Jura piavit.

615

Exigit pœnas mare provocatum.

Tiphys in primis domitor profundi

Liquit indocto regimen magistro,

Littore externo procul à paternis

Occidens regnis, tumuloque vili

620

Tectus, ignotas jacet inter umbras.

Aulis amissi memor inde regis

Portibus lentis retinet carinas

610  
Stare querentes.

Ille

614. *Exitu diro*] Iason fane; de quo hic non tradit, quod eo vivo hac agi fingantur; mala morte perit: animi scilicet dolore, juxta Diodorum Siciliensem, quia cuncti eum, ob ingratiitudinem in Medeam, calamitatisibus, quibus premebatur, dignum judicabant, necem sibi ipsi consivit. Euripides tamen, in fine Medea, innuit illum ruina Argus, sub qua dormiebat, verutem collabepsis opprefsum, idque eo loco Scholia festas probat. *Delrius, Temerata*] Dedit pœnas violati fœderis ponti. *Farnabius*.

617. *Tiphys*] Sup. v. 2. & 318. *Id.* Subito, clavum manu tenens, mortuus, teste Valerio Flacco lib. 3, sed incertum, an id antequam Colchos pervenirent Argonautæ, an in reditu, quia Nymphis & Herodotus diffringunt, ut refert Schol. Apoll. in lib. 2. *Delrius*.

618. *Indocto*] Non à Minerva docto, ut Tiphys fuerat. v. 2. sup. *Farn. Magistro.*] Anceo ut nonnullis placet, alii Euphemio: sed Apollonio & Val. Flacco, *Ergyno*. Idem.

619. *Littore*] Tiphys clavum tenens dum Mariandynom in Bithynia Acherauia specu famosum appellebat, mortuus est, ibidemque sepultus. *Idem*.

620. *Aulis amissi memor inde regis*]

Viri literarum harum principes, quibus libentes adsurgimus, & hæc & alia hujus Chori pro suppositiciis delent, quippe partim historia heroum repugnantia, partim temporis argumentum male congruentia. Quia tamen omnibus in codicibus habentur, videbimus, num quis illis excusandis reperiit posse color. Aulis ex quo morata est Grecos Troiam pertentes, infamaur pro malâ statione navium. Lucanus lib. 5. ad iniquam clasibus Aulin. Id finge eleganter, non tum primo contraxisse crimen illum portum, sed statim post expeditionem Argonautarum, quod inter illos regem suum navigantem perdiderit. Sive ille designetur Tiphys (nam hujus quoque agnoscit paterna regna) sive Erginus: uterque enim Bœotus, & in Bœotia Aulis. Neque querendum, an aliquis prodidicit, ob regis Orchomenii vel Bœoti mortem detentum fuisse Agamemnonem. Hujusmodi enim causas fingere Poëta cuvis licet: atque hoc est illud concessum variis laudatumque *πατρογένες*. *Gronovius*. Aulis portus Euboicus, memor regem suum Tiphyn cum Argonautis navi vèctum abiisse, neque unquam repedasse, naves omnes moratur & detiner: alludit autem ad moram quam Græci in Aulide traxerunt. *Delrius*.

625. *Illt*

Ille vocali genitus Camcena,  
Cujas ad chordas modulante plectro  
Restitit torrens, siluere venti;  
Cui suo cantu volucris relicto  
Adfuit tota comitante silva,  
Thracios sparsus jacuit per agros.  
At caput tristi fluitavit Hebro.  
Contigit notam Styga, Tartarumque,

Non redditurus.

Stravit Alcides Aquilone natos.

Patre Neptuno genitum necavit,

Sumere innumeras solitum figuras.

Ipse post terræ pelagique pacem,

Post feri Ditis patefacta regna,

Vivus ardentí recubans in Oeta,

Præbuit sœvis sua membra flammis,

625

630

635

640

Tabe

625. *Ille vocali*] Musa Calliope natus Orpheus.

626. *Cujus*] Suprà verl. 229. &c Hercules Oct. 103. *Farnabius*.

630. *Thracios*] A Thraciis mulieribus, quod cœlibem agere vitam dispergunt. caput autem projectum in fluv. Oceani. al. in Hebrum. *Idem*.

631. *Ad caput tristis fluvialis*] Scio caput significare non modo scaturiginem, sed etiam exitum annis in mare. Caesar lib. 4. de Rheno: *multisque capitibus in Oceanum influit*. Virgilii 4. Georg. *ad extremi sacrum caput adficit annis*. Sed quis dixit Orpheus traçum ad osium Hebrei? Caput solum ejus in Hebrum projectum restantur. Flot. *tristis fluitavit*. Scribe igitur: *At caput tristis fluitavit Hebro*. Agamemn. *Hac lacera & omni decoro populato levis fluitat*. *Gronovius*.

632. *Notam*] Quam prius in vivis adierat repetenda Eurydices gratia. Hercules. Fur. verl. 570. *Farnabius*.

634. *Aquilone natos*] Zetem & Calaim. Supr. 231. *Idem*. Propert. lib. 1. à v. 211. ad v. 130. *Delius*.

El. 20. *Hunc duo secessati fratres, Aquilonia proles, Hunc super & Zetes, hunc super & Calais*. Occidit eos Hercules in Teno insula, & ad rei memoriam sepulchro duas columnas imposuit, quorum alteram ferunt flante Boream solitam moveri. causa necis prodit Apollonius, quod Argo navem in Myriam, Hercules recipiendi cauta, redire prohibuerunt: Nicander, quod pater illorum Boreas Herculem in Co insula tempestate affixisset: *Sestimbrosus*, quia cum Hercule de datis ab Iasonे muneribus contendissent: *Anesymenus*, quod exceptum hospitio Herculem conati fuissent occidere. Vide Scholia st. Apollonii in lib. 1. à v. 211. ad v. 130. *Delius*.

635. *Patre*] Periclymenum: qui Neptuni patris dono in varias formas versus ab Hercule tandem occisus est, cum in aquilam se mutaret, ut alli, in apem vel muscam. *Farnabius*.

638. *Feri Ditis*] Here. Fur. v. 887. *Idem*.

639. *Vivus*] Hercules. Oct. act. 4. Id. 641. Ge-

625  
Tabe consumptus gemini cruris

Munere nuptæ.

Stravit Ancæum violentus ictu

Setiger. frates, Meleagre, matris

Impius mactas; morerisque dextra

Matris iratæ. meruere cuncti.

Morte quod crimen tener expiavit

Herculi magno puer irrepertus?

Raptus est tutas puer inter undas.

Ite nunc fortes; perarate pontum

Fonte timendo.

630  
Idmonem, quamvis bene fata nosset,

645

650

## Con-

641. *Gemini*] Hydræ & Nesi centauri. *Farnabius*.642. *Nuptæ*] Deianeiræ. Hercul. Oet. vers. 570. *Idem*.645. *Setiger*.] Aper vineam ingressus, Ancæ & poculo jam labris admoto nece interveniens, notum est tritum illud Ancæo à servo objecum, Πολλὸς μὲν ἄνει πέλει κύλικος οὐ χείλεσσις. *Idem*. *Frates*,] Pleixippum & Toxeia avunculos tuos, ô Meleagre, quod Atalanta invidi male volebant. *Idem*.645. *Morerisque*] Quod ubi audierat mater eius Althæa, sibi item filii ayo fatalem in ignem conjectit, namque simul extinxit. *Idem*.646. *Meruere cuncti*] Tiphys, Orpheus, Zetes, Calais, Periclymenus, Hercules, Ancæus, & Meleager male mortui sunt, quod quia dici posset ob alia crimina quam maris violationem illis contigisse: subjungit de Hyla, de quo id suspicari non licet. appetit enim illum propter nullum aliud crimen interemptum, quam quia cum Argonautis una navigarat; cum igitur Hylas, in cuius statu nullum scelus morte dignum cadebat, in tutis undis Bichyni fontis si interemtus, ite vos, qui fortes haberi yultis, & navigate. *Deltina*.648. *Puer irrepertus?*] Hylas Thiodomantis fil. Herculi dilectus puer, quem, cum aquatum missus in Myria in Ascanium fluv. decidisset, Hercules quæsivit clamans, ut litas *Hylæ* *Hyla omne sonaret*. *Farnabius*.649. *Irrepertus?* *Raptus est tutas*] Melius leges distinguuntur cum Flor. *irrepertus*, *Raptus heu iutas puer inter undas?* Male Deltrius hic verius transponit. *Gronovius*.650. *Ite nunc*] Epitrope Itonica. *Farnabius*.651. *Sorte timenda*] Flor. *Ponte timendo*. Clamat nimis scripsisse Seneca: *Fonte timendo*. Ite nunc, inquit, homines temerari ac male fortes, & mare navigate, tanquam periculi expers, quum Hylæ exemplum ostendat, ne fonti quidem fidendum, etiam tenuem scaturientis aquæ venam meregere posse. *Gronovius*.652. *Idmonem, quamvis*] Neque hic tantum peccasse auctorem, quantum librarios censeo, post tor prodigiolas corruptelas ex optimo libro detectas. Qui tamen utinam sibi par essem! Veltigium certe labis ostendit satis pro serpens exhibendo sepi. Quis hoc ostentum procurabit? In Mariandynis à feo sue mortum Apollonius, Apollodorus, Higynus, mortbo Valerius flaccus

Condidit serpens. Libycis arenis

Omnibus verax, sibi falsus uni

Concidit Mopfus, caruitque Thebis.

Ille si verè cecinit futura,

655

Exul

Flaccus periisse volunt, Amm. Marcell. lib. 22. Post quos terras patentes By<sup>Ca</sup>tes obtinent, & Sapires, & Tibareni & Mossynæci & Macrones & Philylres, populi nulla nobis affuetudine cogniti. A quibus brevi spatio distant viderum monumenta nobilium, in quibus Ethenelus est humatus & Idmon & Tiphys: primus Herculis socius Amazonico bello letaliter vulneratus; alter augur Argonautarum; tertius ejusdem navis eautissimus restor. Itaque timide con-  
jiciebam: Condidit Gaspir, id est, non in majorum tumulis humarunt sui, sed longe ab domo barbarorum Sapirum terra regit. Etsi enim Mariandyni ad Parthenium, Sapires ultra Thermodontia ponantur, tamen ipsa longinquatum & barbararum gentium confinia & nomina, utique a Poëtis, facile confunduntur: & similia tradentem auctorem Ammianus secutus videatur. Nec me terret Apollonii: Εξεῖν τὸ Σάτυρος, nam & Herodotus Sappires nominat, & Stephanus; Βέχερ, Ζύγιον Συβίσιον, οὐ Σάτυρος, η μή Στό Σ, Σάτυρος. Sed repente, dum poscunt hanc chartam operæ, venit in mentem, totum, quod est in scripto, servari posse: Idmonem quanvis bene fata nessef Condidit; sepi Libycis arenis, &c. Concidit Mopfus. Mopfus, inquit, condidit Idmonem; ipse tabifici sepi venenato iatu in Libya concidit. Quod in communis Argonautarum luteu Idmonem potissimum Mopfus condidisse dicitur, ejus erga symmysten & pio maxime & grato manibus officio datut. Sic & apud Valerium Flaccum flena arma revellit Idmonis è celsa Mopfus rate. Ipsum autem in Libya ζωό φερετη δηκτερετη periisse passim tradunt. Quod sequitur, caruitque Thebis, significat interfusisse Mopfis,

ut Thebis potius obiret quam alibi. Hoc non convenit Mopso Ampyci & Chloridos filio, Titarefio, Argonauta, sed alteri Mopfo Apollinis & Mantus filio, Tirestis Thebani nepoti, qui in Cilicia sedes & mortem inventus. His Seneca accidit, quod alii, qui duas Scyllas, duos Cygnos, duas Atalantas, binos Philippos miscent, & de alteris tradunt, quod de alteris verius est. Similiter in Mopfis erravit Ammianus lib. 14. Vide ad utrumque locum Cl. Valegium. Gronovius. Bene fata ] Sic enim apud Apollo-  
nium. αὐτὸς ἐπὶ τούτοις συζητεῖ  
εἰς δέκανον. αἴρεται Τηλότης πε-  
ποντα τοῦ Αριδαίου ητειογιο. Far-  
nabius.

656. Ille qui verè] Liquido adfir-  
mate Gruterus poterat hoc nuperum esse. Si vere, non modo editio Ber-  
nardini & Fabricii, non modo Gruteri omnes scripti, meusque & Vossiani Heinianisque, sed & princeps omnium Etruscus. Deltium mutasse vi-  
deo; qua auctoritate, ipse viderit. In-  
terpretantur tamen de Amphiarao, fed quid illi, aiunt, cum Argonautis? Im-  
mo cum Argonautis illi omnia, atque adeo ipsum ex Argonautis fusile telles Apollodorus & Scholiafest Pindari & Deiochus apud Scholiafest. Apoll. Ne-  
que tamen admittimus istam interpretationem: quasi ad invidian Idmonis & Mopfi solus vere dicatur cecinisse futura. Nemo dixit eum magis quam istos. Nihil certius quam veterem le-  
ctionem recinendam & explicandam de ipso Mopfo, quem bene finit cecinisse illa futura, quia Chorus scire nondum poterat, Poëta noverat. Et nunquam felicius Gruterus, quam cum vidit verba futuro tempore po-  
nenda esse, errabit, cadet, pendet. Quæ  
sequuntur.

Exul errabit Thetidis maritus.

Igni fallaci nociturus Argis

Nauplius præceps cadet in profundum.

Patrioque pendet criminis pœnas

Fulmine & ponto moriens Oileus.

## Con-

sequuntur ad vers. 664. omnia erant posteræ, & nondum facta, quo tempore Iaso Corinthi ducebat Glauenisse Creusat. Quum tamē ad insti-tutum Poëtæ pertinerent (ille enim probare instituit, omnium, qui mare primitaverunt, infelices suis exi-uis) singit elegantiissime Chorom escre ex prædictione vatis Mopsi. Hæc ratio necessaria requirit, verba se-quentia, erravit, cedit, peperdit, im-pendit, reformati ex præterito in fu-turum tempus. Et fieri potest parvula minimeque violenta mutatione, du-cunque eo Ms. Denique hoc pāco consilens omnes illæ turbæ, quas summi viri ad hos versus dederunt. Scribatur igitur primum errabit & ca-det. Gronovius.

658. *Igne fallaci*] Eubœæ rex ulturus indignam filii sui Palamedis falsa Vlyssis criminazione oppresi mortem, redeunti Græcæ clasæ atque tempesta-te actæ in Caphareo promotorio ignes accendit, quo Græci velut in portum cursum suum dirigentes perirent naufragi, ipse vero postquam Vlyssem & Diomedem evasisse intel-lexit, se ex iisdem faxis præcipitem dedit. *Farnabius*.

660. *Crimini pœnas patrio peperdit*] Et hæc integræ atque ita concepta, ut ab auctore exierint, quis præstabilit? Haud scio, an ullo in codice sic repe-tiatur. Omnes certe quos ego vidi: Patrioque pendit criminis pœnas: præter Etruscum, qui, Patrioque pendet cri-mine pœnas. Quemadmodum & cæte-ra verba inflexa ab auctore suis dixi-nus. Secus poterat vulgatum ita juva-ni: *Crimini pœnas patrio rependet*. Gron.

661. *Moriens Oileus*.] Offendit sum-mos viros Oilea vocati, qui erat *Ajax*

*Oilei*. Nam Græci filium patris no-mine non facile appellabant: sed no-minis filii patris nomen apponebant: ut Θεοῦ δῆς Ολόξε, Τρυφέο-ò Κόνων, intelligentes γάρ. Ro-mani, quoniam filii patrum nomina & cognomina usurpabant, nunquam in suis, raro in externis (aliquando ta-men, ut monimus ad Livium) hoc loquendi genere sunt usi, ut dicerent, Herodem Attici, Apionem Plislonicem: sed aut addebant, *Filius*, aut suo quo-dam more modoque pronunciabant: Herodes Atticus, Apion Plislonices, A-poloniūs Molo, qui erant Αἵτιος Ηεδός Μαζελάνος, ut est in ve-teri epigrammate, Απίαν ὁ Πλειστονίς, Αποθάνος ὁ Μόλων. Vide Salmasium ad dedicationem Ita-tue Regillæ. Et sic Ajax Oileus, qui Ajax Oilei: deinde & Oileus, quasi omisso altero nomine. Haec tenus de vocabulo: nunc ad rem. Tradunt om-nes hunc Oilea vel Ajacem Olei ful-minatum in tempestate maritima, quod Cassandram ante aram flatuam-que Pallados stuprasset. Sed non im-pedit hoc quo minus Seneca licet ut in communi jure omnium Poëtarum, quod est παρολογίζεται, & falsam causam veritatem pro vera supponere, ut olim docuit Aristoteles. Sic Ovidius ab incendio Phæthontis, Α-thiopes nigrum colorem traxisse, Idem carere fontibus, Nilum occulisse caput, cavillatur. Sic non occidere Ar-ctos ob iram Junonis. Homero Pen-e-lope spem conjugii sui facit, si quis procorum possit arcum Vlyssis tendere, tantummodo ut eos eluderet, quippe non dubia fore ut nemo possit. Ovi-dius calumniatur, hoc Penelopen fe-cisse, ut eligeret robustissimum & ma-

Conjugis fatum redimens Pheræi

Uxor impendes animam marito.

Ipse, qui prædam spoliumque jussit

Aureum prima revehi carina,

Ustus accenso Pelias aheno

Arsit angustas vagus inter undas.

Jam satis, divi, mare vindicasti.

Parcite jussio.

665

## ACTUS

ximè nervosum. Quod nemo negat  
esse festivissimum. Cur vitio verratur  
Seneca hoc modo παρελογίζει ,  
& communisci Ajacem Oilea petiisse  
fulmine & ponte, quia pater ejus cum  
ceteris Argonautis mare , rem sacram  
& diis sepositam, temeravit? An in-  
auditum est liberos plecti ob sceleram  
parentum? Tali παρελογίζει in  
hac tragedia Medea inducitur dicere  
aureum vellus in luce suspensum, tan-  
quam abundantiam divitiarum regia  
non caperet. *Gronovius.*

665. *Conjugis]* Alcestis Pelias filia,  
impium patris imperium luens, sua  
morte Admetum maritum suum &  
Thessalæ (in qua Pheræ oppidum)  
regem, redemit. *Farnabius.*

663. *Vxor impendes animam marito]* Gu-  
terus impendet. Bene ad sententiam.  
Sed liber optimus mitius consulti , at-  
que ita , ut nec in versu quidquam ex-  
cusandum sit. Proferri enim , impen-  
dens. Ergo Seneca per apostrophen.  
*Vxor impendes animam marito.* Ut in  
Oedipo defendimus : *Petitis fontes.*  
*Gronovius.*

666. *Vstus accenso]* Plautus Stichus:  
Dabitur homini amica , noctu quo accen-  
dat senem. Quod recte interpretan-  
tur , calefacit. Silvius Italicus lib. 5.  
Ut multo accensis fervore exuberat un-  
dis Clavis ubi exusto liquor indignatur  
aheno. Sic in Thyestes succensa flagra.  
Sic Propertius uret abena. *Idem.*

669. *Parcite jussio.]* Hoc venia &  
clementia lenocinio etiam Iason uti-  
tur apud Aëten , tam Apollonio quam-

Valerio Flacco. Illi, οὐδὲ με δένεται  
Καὶ κένενθε βασιλῆς ὁ απεδάσεις  
ώρον ἐφέμην. huic, Nec tua, Thessalici,  
quoniam inclita nomina terris, Sponte  
sequor ; cui non jussio tot adire volupta  
Monstra mari? Nec refutat Liphis,  
sed quia in veteri Parcite vivo , actis,  
inquit, mihi libido legere divo . & ob-  
lique vult ad Claudium aspectum: qui  
& ipse cum cognitum oceanum intraf-  
set, tamen pati à divis aequum divo :  
& hanc rectam vocat ingeniosamque  
adulationem. Ego vero impudentissi-  
mam , & si quando unquam intempe-  
stivam. Feras utcumque de Iasonedo-  
mitore mari quædam hic legi belle  
dicta , quæ etiam ad Claudium possint  
referri ; quale illud , Vivat ut tuu ,  
mare qui subegit : at in Medea de Clau-  
dio dici quod nullo modo aptari posse  
Iasoni , & ad solum Claudium pertineat,  
quis potest pati? Nam quomodo  
Iason diveni? Semideos & deum natus  
Argonauta dictos memini; deos nun-  
quam , dum quasi de viventibus nar-  
ratio est. Hoc nulla potest figura ex-  
cusari. Tamen qui curva corrigetur,  
exstitit homo optimus, faciendo, Par-  
cite, Divi. Sed hoc si recipimus , quid  
nos compelleret, ut hoc Parcite , intel-  
ligamus de Claudio : addit enim hac  
quoque verba, ut (sem magne temer-  
tatis) annum, quo Seneca scripsit hanc  
tragediam, inveniat. Parcite vivo , fo-  
rere, parcite superfliti. Ut ille: De mul-  
titu minimam, posco, clamares, & unam.  
Sed longe efficiacius impensuisque jussio,  
quod & seruat Florent. *Idem.*

Immane